



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**VIme, 1480**

Tertia pars

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Sermo

qualibet mundi creatura erat diuinum verbū. vnde cum venisti carnem non venit ubi prius nō erat. sed qualiter non erat: in omnibus enim est. vnde Yslaie vicesimoterio. Celum et terram ego impleo. Nota q̄ diuinum verbum dicitur esse in omni creatura per potentiam. presentiam. et essentiam. per potendā qui dem. quia nihil subterfugit virtutem ipsius. per potentiam: qz nihil est potens nisi per ipsum. per presenciaz vero. quia omnia contemplatur. per essentiam vero. quia essentia eius prop̄ subtilitatem diuine nature et spiritualitatem. intima est cuilibet rei create. conseruans eam. et in nihilum tenderet creatum si desinret esse verbum. sicut vox exterior desinit. cessante locutōne. quia ut dicit Orige. Si de⁹ p̄ vbo loq̄ cessaret. creature vniuersitas euaneſcēt. Quomodo autē hoc sit. q̄ diuinū verbū h̄m essentiā sit in omni creatura non possumus intelligere h̄m q̄ dicit Criso. super ep̄lam ad Hebre. Deinde adducitur causa quare verbum erat in mundo. et mundus p̄ ipsum factus est: ideo enim erat in mundo. quia per ipsum co. iditus est mundus: Non est verbus produc̄tum mundi: sicut artifex cultelli. quia artifex est extra cultellum. et potest cultellus subsistere sine fabri presencia. sed verbum creaturam de nihilo produxit. ideo in nihilū tenderet: nisi verbum omnes creaturam continue sua virtute sustentaret. Nota h̄m Theophilum q̄ in eo q̄ dicitur: et mundus p̄ ipsū factus est: Tollitur error Manichei. qui dixit malignum spūm cōdītore mundi. Deinde ponit ignorācia diuine cognitōis: a mūnd⁹ id est mundi amatores. qui propter mundi amorez didi sūt mundus. quia h̄m Aug. Si celum amas celum es. si terraz amas terra es: eum non cognovit. Nota q̄ si non fuit cognitū diuinuz verbum. non fuit ex pte ipsi⁹ cum ipse sit vera lux omnes hōiez illuminans cuī etiam ipse sit in omni creatura. nec oporteat eūz querere a remotis. cum vlt̄ius mundus p̄ ipsum sit cognit⁹ & conditus. & ideo p̄ hunc effectum debuit creator vniuersitatis intelligi. igitur tanta ignorācia fuit ex pte hominum. qui dilexerunt magis tenebras q̄ luce Joh. 3. ideoq̄ evanuerunt in cogitationib⁹ suis. eternū obscuratum est insipiens cor eorum: Adverte etiam quante sit ruditatis non cognoscere tantu⁹ op̄ificem et benefactorem. peccatum enim ingratisimis est: benevolentem non cognoscere quod non tantum vici. sed bestialitas est et insensibilitas.

### Tertia pars.

O  
Erō cum dīc̄ in propria venit: tangit humilitatis  
verbi incarnationis & q̄tuor facit euāgelista Primū em̄

xi

ponit iudeum reprobationem. unde dicit in propria id est in genere in deorum venit. non ubi non erat. sed qualiter non era sci licet per assumptionem carnis. Nota quod per propria verbi potest intelligi creatura mundi: que propria verbi est. et quod per nulluz nisi per ipsum sit condita. in qua creatura verbum apparuit visibile. vel in propria spiritualiter: possunt intelligi iudei. qui nullum colebant deum alienum ad quos solos de christo facta fuit re promissio. in quos venit verbum: carnem ex ipsis assumens per Deinde ponitur iudeorum contemptus: et sui: scilicet iudei ex quibus ipse erat: eum non receperunt. quia non crediderunt in illum. et tamen ut dicitur Actuum decimoterco Verbū salutis huiusmodi iudeis specialiter missum est. Nota quod iudei non tantum peccauerunt in hoc. quia christum non receperunt. verum etiam quia illi contradixerunt. dicentes. Tu de teipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum. Item eum blasphemarunt dicentes. Demum habes. Iohannem octauum. Item eum a se abiecerunt. Act. decimoterco dicit Paulus eis. Quoniam verbum dei repellitis ete conuertimur ad gentes. Exemplum habemus de unico filio patris familias: quem vinee cultores elegerent extra vineam. Math. vicesimo. Omnia autem ista est domus israhel. ut dicitur Ibla. quinto. Rursum eum occiderunt et suspenderunt in ligno. post oia ante etiam discipulos de suis finibus expulerunt. Act. decimoterco. Exitauerunt iudei persecutionem in Paulum et Barnabam. et cicerunt eos a finibus suis. Secunde ponitur credentium adoptatio: quotquot autem: cuiuscumque status. sive iudeus. aut gentilis. masculus aut femina. quoque numerus soli deo est cognitus: receperunt eum: per fidem et dilectionem: dedit eis potestatem. ista potestas est gratia regenerationis ex aqua et spiritu sancto. que nobis credentibus a christo tradita est. qui baptizat in spiritu sancto. ut dicitur Iohannes. 1. Quid autem faciat credentibus ista virtus baptismi. subdit. filios dei fieri. Facit ei credentes dei filios. actus enim baptismi est regenerationis. quoniam sicut generatio terminatur ad esse. ita iste actus dat esse spirituale unde regenerationis dicit potest. Deinde ostendit quibus data sit ista potestas regenerationis: his qui credunt in nomine eius: omnibus credentibus: si adulti sunt potest dari baptismus. solis autem incredulis dati non debet. Deinde ostendit dram istius nativitatis a carnali dicens. Qui scilicet credentes eo quod filii dei sunt: non ex sanguinibus; per hoc intelligitur nostra generationis miseria: que est ex sanguine: non ex voluntate: ex concupiscentia: carnis: hic caro accipitur secundum glo. per femina

## Sermo

nec ex voluntate viri. talis nativitas non ex viri concupiscentia.  
Vbi nota q̄ quāq̄ aliquis natus sit ex baptisatis parentibus:  
adhuc tamen expedit sibi baptizari. quoniam talis natus est ex  
concupiscentia carnis et viri. sed ista regeneratio baptismi non  
est hoc modo. Quidam ostendit unde sit ista nativitas.  
sed ex deo natū sunt. dicuntur tales nasci ex deo: non q̄ sint ex  
diuina essentia. sed diuina virtute. Nota q̄ verbum diuum ex  
deo nascitur. et fideles nascuntur ex deo. ipse enim est dei filius  
et nos etiam sumus dei filii. sed proeclara magna vtriusq; nativi  
tatis differencia est. et possunt haberi quinque difference ex vībis  
Hilarii. undecimo de trini. Primo quia christus est filius dei p̄ pri  
estate generationis. nos vero adoptionis. Secunda est. quia nō  
semper nos sumus filii. cum omnes nascamur filii ire. Xpus au  
tem semper erat filius. Tertia. quia christus est verus filius. nos  
vero sumus filii secundum similitudinem. Quarta quia christus  
est unicus filius. nos vero multi. Quinta quia christus verbum  
nihil aliud est q̄ filius. in nobis vero aliud est quod non perti  
net ad filiationem vīz dei. Addit Aug. quinto libro de trinita  
te. quia christus non est totius trinitatis filius sed patris tantū  
nos vero sumus totius trinitatis filii. Unde cum in oratione do  
minica dicimus. pater noster qui es in celis. nomine patris tota  
trinitas intelligitur. scilicet pater et filius et spiritus sanctus. R.  
Tercio ponitur christi verbi incarnationis: Et verbum per quod  
facta sunt omnia: caro factum est. diuum enim verbum secundū  
naturam diuinam non est factum. sed genitum. scđm tamen car  
nem assumptam: dicitur esse factum. Attende q̄ ista factura que  
verbum caro factum est. nihil maius vñq̄ a deo factum est. ea ei  
que maximam repugnantiam habent: vñta sunt in verbo. est  
enim pura natura intelligibilis: caro vero sensibilia. Item vībz  
est vita essentialis: caro vero corruptibilis et mortalis. Rursus  
verbum est fontana lucis sine tenebris: caro autem tenebrose ca  
liginis plena. Et ideo hoc factum ē omnis nouitatis nouissimum  
ois magnitudinis maximū: ois vītutis potentissimum ois mira  
ois mirabilissimum ois pietatis sc̄issi". S. Nō q̄ ex hī q̄ di  
cit euangelista verbum caro factum est. tollitur error Namche  
oz. qui dixerunt non veram sed fantastical carnem habuisse:  
Contra quos arguit Aug. li. q̄om̄. 83. dicens. Si fantasma fu  
erit christi corp̄: sefallit xpus. et si fallit veritas non est. xps au  
tem veritas est: non ergo fantasma corpus. Secundus error fu  
it Valentini qui dirxit xpm corpus assumpisse spirituale et cele  
ste: nihilq; de virginē assumpisse: sed per eam transisse velud a



q̄per illuz aut fistulam contra quod dicit aplus ad. Ror. Qui  
 factus est ei ex semine David. Tertius error fuit arrianoruz. q̄  
 dixerunt christum veram naturam assumptissē secundum carnem  
 ex virginē. sed voluerunt q̄ assumplerit carnem sine anima. q̄  
 bus obuiat Aug. contra felicianum dicens. Qd si christus venit  
 saluare quod perierat. quia totus homo perierat. totum homiez  
 suscepit saluandum. carnem scilicet et animam. Quartus error  
 fuit Eutis. qui dixit verbum carnem esse factum. quia aliquid  
 verbī in carnem mutatum est atq̄ conuersum. Contra quod ar-  
 guit Cirillus in epistola ad Johannem Antiochenum. Quoniam  
 diuina natura manet: nec est capax mutationis atq̄ conuer-  
 sionei ullius. Quintus error fuit Nestorii. vt habetur in gestis  
 Ephesini consilii qui dixit Mariam solum hemmē genuisse et  
 non deuz. atq̄ diuisit xp̄m in duas personas. hominis scz & dei  
 cui obuiat Cirillus in epistola ad monachos Egyp̄i. quoniam si  
 distinctus esset Christus in duas partes: tunc ea que sunt hois  
 non conuenient deo. nec dico q̄ christus seipsum eximauerit  
 acipiendo formam serui. quoniam ut dicit Augustinus contra  
 Felicianum. Sicut in uno homine. aliud anima. aliud vero cor-  
 pus est. unus tamen homo est sic et in mediatore dei a hominis  
 aliud est dei filius: et aliud hominis filius. unus tamen ex utro  
 q̄ est. Sed diceret aliquis si euangelista dicens verbū  
 caro factum est: voluit intelligere verbum esse humanatuꝝ cur n̄  
 dixit verbum factum est homo: vt totum signaret aut si voluit  
 partem solum. cur non expressit de anima que nobilioe est car-  
 ne: vt diceret. verbum anima factū est. Dico q̄ per synodochē  
 nomine carnis que ē pars hominis: totus homo signat et itel-  
 ligitur. noluit tamen euangelista totum nominare sed partem  
 quia fortassis voluit ostendere singularem et maximā unionez  
 verbī ad hominem que tanta ē vt non solum verbum sit homo  
 et homo verbum. sed etiam separatis partibus hominis. carne  
 scz et anima: ē vnaque eoz pertinens. et quelibet pars ē verbuz  
 vnde in passione cristi cum separata fuerat anima a corpore ver-  
 buz tñ inseparabile erat ab utroq: ita q̄ verbū erat caro. & ca-  
 ro verbum. atq̄ verbum erat anima. et anima verbum. Ad se-  
 cundam questionez respondeo q̄ licet anima nobilioe sit carne  
 vñ ec vbuꝝ nō assūpsit immediate carnē. h̄ mediāte aia tñ nō di-  
 xit euangelista verbū factū est aia. Et hoc propter tria. Primo  
 qz ois factura denoīāda ē ab vltio qd fit. & qz vltia vnio vbi  
 fuit ad carnē quā mediāte aia assūpsit. ideo dicit vbuꝝ caro fa-  
 ctum ē. Sed o qz aia est cōe nomen cuiuscunq; viventi caro autem

## Sermo

Proprie dicitur de corpore hominis. carnes enim sunt aliorum animalium. et quia non assumpsit communia omnibus animalibus  
huius uenientia homini. ideo dixit verbum caro factum. Verba ut maiorem verbi humilitatem ostenderet christus. quia verbum est vita. anima etiam est vita uiuentium. ideo enim non dicit euangelista verbum factum est anima ne aliquis crederet ipsum verbum in christo se habuisse loco anime uiuificantis corporis quemadmodum Appollinaris asserit cuius erroris insaniam Augustini. 83. qonum. et Leo papa in epistola ad Palestinos sufficiens tissime reprobavit.

Quarto ponitur verbi conuersatio et habitabit in nobis. id est in medio nostrum. secundum enim divinitatis substantiam est in omni creatura. sed quia caro facta est. in terris visus. et cum hominibus conuersata est. Bartolomeo. Quinto ponitur glorie verbi revelatio: et vidimus: prima Iohannis primo. vidimus oculis nostris et perspeximus: et manus nostre contrectauerunt de verbo vite: gloriam eius: id est maiestatem gloriosam diuinitatis. Nota quod gloriam verbi cognoverunt discipuli in sapientia doctrine in mirabili opere in transfiguratione. in resurrectione. in ascensione. in missione spiritus. Deinde ponitur distinctio glorie verbi a gloria aliorum sanctorum. quia non fuit gloria ipsius sic gloria cuiusque sancti: sed supple nos vidimus gloriam eius esse gloriam: quasi unigeniti a patre: magis enim glorificat unigenitum filium quam quemcumque alium suum alicum: vel familiarem. Nota quod ex hoc ostenditur equalem esse gloriam patris et verbi. naturale enim est ut pater de filio quicquid penes se est gloriosum. et si unicum filium habet tunc totum illi tribuit. et quia verbum est filius unicuius patris. ideo gloria eius est sicut unigeniti cui totum datur. Nota etiam quod in divinis non est nisi unus genitus. sive unus filius. nec deus pater alium filium generare potest. sed nec ipse filius generat. aut spiritus sanctus. pater quidem alium generare non potest. quia genitum in divinis est verbum. ut supra dictum est. sed de ratione divini est. ut sit de tota scientia. et tota patris intelligentia. alioquin christus non esset perfectum verbum sed quod est ex toto aliquo non est multiplicabile: verbum igitur unigenitum est. Item nec filius generare potest nec spiritus sanctus: cuius ratio est. quia filius et spiritus sanctus illam eandem virtutem et naturam quam habet pater habent ipsi. sed ipsa existens in patre intelligitur exisse in actu generationis totalem. ad quod quidem se potest extendere. ergo in ipso filio et spiritu sancto existens non potest generare.

X Deinde

xiiii

commendat verbum caro: et vidimus: supple hoc verbum: plenum gracie: non habuit partem gracie. sed in ipso fuit gracia: Ecclesiast. 24. In me omnis gratia vite et veritatis. Nota q̄ verbum dicitur plenum gratia. quia ut dicit Augustinus i Ench. Meritis precedentibus ex quo conceptus est. fuit in eo diuinitas implens omne verbum et unita sibi inseparabiliter unitate persone. ut ille homo filius diceretur ex cuius plenitudine redundat in nos gratia. quia de plenitudine ei⁹ nos omnes acceptimus. quoniam a capite redundat virtus in membris Deinde tangit plenitudinem verbi: et veritatis christus est ipsa veritas: et omnia figurata in lege ipse verificauit. unde dicit glor: Christus est plenus veritate. quia sic olim predictum est. modo exhibitum. ut scilicet deus sit in homine implens eum omni bono: et per eum suos. Plurima iam de mysterio deitatis et incarnatione verbi eadem verba formante interius. stilo descripsim⁹ nihil tamen eius immensitate dignum ad quam creature nō potest fragilitas attingere. Unde legitur q̄ beatus Augustinus dicit unitatis verbi considerant maiestatem. a p̄paruit parvulus puer in littore maris. qui cum testa nucis hauriebat de maria aqua et fundebat in foueam parvam quaz manu fecerat in arena: Cepit sanctus ille cogitare quidnam ageret parvulus. et interrogauit quid sibi vellat. respondit ille. cupio aquam fluminis totam hac testa in foueam mittere: subrisit ille puerilem animum ostendens quadruplicem rei impossibilitatem. aquam enim mari dixit infinitam esse. foueam finite capacitatis. testaz nucis in proportionatum operi. vitamq; mortalem ut ante desiceret q̄mceptum impleret et tu inquit parvulus. quomodo vis infinitū pelagus diuine substantie perquirere humanis rebus. qui habes intelligentiam parue capacitatis. et tendis ad mortem et his dieis disparuit. Sed licet hoc infinitus comprehendere non possum⁹ iuxta similiū Hilarii. p̄ficiimus pie sequendo infinita. ¶ Cū hoc autem q̄ ista verba euangeliste sunt altissime intelligentie habent etiam magnam efficaciaz & precipue illud quod ibi dicitur verbum caro factum est. unde moleuit consuetudo landabilis q̄ i fine curvissibet misse hoc euangelium fidelibus legatur. De efficacia eius tria breuiter recito. In britannia fuerunt duo demoniaci ambo mendicantes. inuidit aī alē alteri. eo q̄ plus ei daret. et clam sacerdetem vnu vocavit. et dixit illi. Si feceris illud quod tibi dixerim. scilicet ut euangelium illud. In principio erat verbum. legas in aure socii mei usq; ad finem me tamē n̄ audiēte p̄ certo fugabit ab ipso demum. intelligēs at ſacredos versuq; am

## Sermo

de monis utrumque libetare proposuit. et incepens alte illud euā gelium legere cum diceret. verbum caro factum est. statim cuncti demones exierunt. et illi ambo liberati sunt. Item narratur aliud hunc simile quod dyabolus tuidam sancto viro dixit esse quoddam verbum euangelii valde tremendum demonibus. qui interrogatus quod illud esset noluit sibi dicere. ubi at ille multas auctoritates ibidem euangelicas produceret in medius. dyabolus ad singulas respondebat: non est hoc quod valde formido. tandem interroga tamen ne verbum caro factum est. subito cum clamore nimio dissipauit. Item ego audiui aliquando fratrem Thateum de Mansua referentem de quodam sanctissimo abbe regionis illius. qui die quodaz in meridie cum uno clero apprōvi viridianū igrassus vidit mulierem quandam a remotis venientem sibi obvia. que oenata erat preciositate vestimentorum mirabilē. Tunc abbas turbatus concomitantem sibi clericum sciscitatus est unde mulier sic magnifica habitus claustrum et viridianū conclusum fossis et munitione ingressa fuerit. Quo non respondentē fixit abbas gradum et appropinquantem ad se mulierem non salutauit: sed admirans illius aspectum interrogavit unde et ad quid solitaria loca sola ipsa intrasset. Ego inquit illa ad hoc huc veni ut mecum pugnatis. Timuit abbas mulieris audaciam. et dixit non licere sibi tale consortium. illa vero statim respondit: expedit quod et necessarium est ut omni cura postposita veniatis mecum ad locum ad quem vos duce cupio. tremefactus autem abbas cognovit esse demonem et cum nesciret quid responderet debet. aut agere. illa apprehensa lacrima vestimenti eius volebat eum ducere. Tunc abbas nimio paurore perterritus. eleuata manu signauit se discens: verbum caro factum est: et habitabit in nobis. Denō autem percussit manum abbatis. et dissipauit cum clamore et grādi strepitu. ita ut videretur ipsum claustrum: et tota illa regio in abyssum demergi. Manus autem abbatis quam dyabolus percussisset facta est nigra velut carbo. Post multos autem dies. cū dictus abbas sue salutis imemor non corrigeret vitam sed lascivius operi carnis ostenderet. in camera sua clamans a demoni terribiliter tractus ac verberatus. nullo sibi de familia potente ferre auxilium: quod in infelicem emisit spiritum. Inuentusque est super pavimento mortuus. dilataate corpore et vestibus. Nota quod de hoc euangelio Iohannis. dicit beatus Augustinus septimo libro confessionum quod in quibusdam libris platonitorum inuenit totam sententiam. sed tamen quod verbum caro factum est et habitabit in nobis. hoc ibi non inuenit. nam et ipse idem propter quod sacramentū

haberet dicta clausula nec suspicari quidem poterat: quoniam  
deus hoc abscondit a sapientibus et prudentibus: et reuelauit  
paruulis. Rogemus ergo deum &c.

### In die sancti Stepani prothomartiris Prima pars: Sermonis duodecimi.

Iacobat Ihesus turbis iudeorum et principibus  
sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas  
et sapientes et scribas &c. Math. vicesimoter<sup>co</sup>  
Prima pars huius euangelii habetur Lucevni  
decimo. residuum vero usque ad finem ponitur  
13° eiusdem. Cum alicui principi fuerit rebellis aliqua gens aut  
natio sui principatus. primo ad eam reuocandam dirigit baro/  
nes: seruos et legatos. que si ad pacis concordiam non redie-  
nit vastationem comminatur et penam. quia vero iudeorum na-  
tio dominico principatu semper restitit. ideo dominus ad eam con-  
uerteret misit prophetas cui tamen in malitia perduranti co-  
minatur temporalem penam et eternam. unus vero baronum  
qui ad hoc missus est. fuit gloriosus prothomartir Stephanus  
eius hodie natalicia celebrantur In hodierno euangelio ubi a/  
gitur de vocatione gentis iudaice tria tanguntur. Primum est  
iudaicae gentis peruersitas et nequicia. Secundum est obstinate  
mentis aduersitas et duricia. ibi Hierusalem hierusalem. Ver-  
suum est pene subsequentis calamitas et miseria ibi: ecce relique/  
tur vobis: Bene autem magna est peruersitas et nequicia ge-  
nis illius. quoniam ut dicit prima pars euangeli. eos occidet  
qui propter ipsorum conuersionem fuerant missi. in qua parte  
quatuor ponuntur. M Primum est sanctorum destinatio: cu di-  
cit: dicebat Ihesus turbis iudeorum: congregatio iudeorum tur-  
ba dicitur. quia turbulenta erat contra christum Psalmista. tur-  
bati sunt et moti sunt sicut ebrios. per hoc etiam intelligit lay-  
tos: et principibus sacerdotum. per hoc tangit clericos. clericis  
enim loquebatur et laicos. ut ad penitenciam reuocaret: ecce e-  
go mitto ad vos: rebelles et incredulos. Nota q̄ christi officium  
est mittere. tum quia missus fuit a patre. Johānis ultimo Sicut  
misit me pater et ego mitto vos. tum etiam quia christus ē dei  
sapiencia ad quem pertinet mittere sapientes in mundu. unde  
Luce videamus. Sapientia dei dixit. mittaz ad illos prophetas  
et apostolos. B Deinde ponitur nunciorū triplex digni-  
tas: et prophetas. 4. Regū. i.e. misi ad vos in manu seruoꝝ meoꝝ